

- 12 Et dixit, ne mittas manum tuam in puerum, & ne facias ei quicquam, quoniam nunc cognoui, quod timens sis Dei, quia non pepercisti filio tuo vnico propter me.
- 13 Sustulit vero Abraham oculos suos, viditq; & ecce, aries stabat retro detentus in dumo cornibus suis: & accessit Abraham, & sumsit arietem, & obtulit eum holocaustum pro filio suo.
- 14 Vocauitq; Abraham nomen loci illius: Iehoua prouidebit, vnde dicitur hodie, in monte Iehoua prouidebitur.

EXPLANATIO.

I. **E**T FVIT POSTHÆC: DEVS TENTAVIT. De immolatione Isaaci refertur primo oraculum: Deinde oraculi exsecutio: Tandem euētus. Oraculum est v. i. 2. cuius tempus, & author, & scopus, & summa breuiter indicatur.

FVIT POSTHÆC. Tempus. Post omnia hæc gesta Isaaci natiuitatem, Ismaelis eiectionem, Abimelechi confederationem. Sed quoto Isaaci & Abrahami anno? Non indicat Moses. Hebræi aliqui Isaacum faciunt adolescentem tredecim annorum. Sed quomodo pater adolescenti infirmo imposuit ligna holocausti v. 6. Iosephus ergo 25. annorum fuisse scribit. Sic Abraham fuit tunc annorum 125. Sara 115. Videtur Moses notare continuationem & incrementa exercitiorum Abrahami. Hæcenus Deus varie eum exercuerat, sed nunc quasi eolophonem addit. Patriam iussu Dei deseruerat, fame pro fugerat in Ægyptum, amiserat Saram periclitatus de vita, belli aleam subierat pro Loto nepote contra quatuor reges, desperata prole ancillam duxerat, eandem grauidam & pfugam amiserat, senex seipsum circumciderat: Sarā iterum amiserat, Ismaelē iussu Dei eiecerat. Sic nouē tentationes, iuxta Hebræos, sustinuerat hæcenus. Nunc accedit decima grauissima, quod filium dilectum vnicum non eiicere, sed necare iubetur. Sic Deus non cessat suos explorare, donec pbatissimi fiant.

DEVS TENTAVIT ABRAHAM. Author Deus indicatur, ne delusione Satanæ aut dementia inductus ad inhumanum facinus putetur Abraham. Familia-

riter nota ei erat vox Dei, in somno aut apparitione sibi loquentis. Compellatus igitur à Deo non hæsitat, sed agnoscit Dei vocem. TENTAVIT. Scopus oraculi, tentatio Abrahami. Tentare est explorare, seu accipere experimentum de ignorantia, vt ait Lyra & Thomas, q. d. voluit experiri, quāta esset Abrahami fides & obediētia. Sic Exod. 16. 4. tentat populum, pluendo panē de cælo ad explorandū, vtrū ambulaturus sit in lege. Deu. 13. 3. tentat populū per pseudopphetas, an diligat eū toto corde. Aug. de C. D. l. 16. c. 32. Non omnis culpāda tentatio, quia & gratulanda est, quæ sit probatio. Et plerunq; aliter animus sibi innotuisse non potest, nisi vires suas sibi non verbo, sed experimento tentationū quodāmodo interrogāte respōdeat.

Atqui Deus est scrutator cordium & renū, quid igitur opus tentatione? Tentat nō vt cognoscat ipse, sed vt notā reddat mundo, & in Ecclesia nobilitet fidē & obedientiam Abraham. Sic populum tentauit, nō ignorans, sed vt experimento ipsis & aliis manifestet latentem eorum leuitatem & ingratitude. Est igitur *ὁ ὑποπτόναι*: quia homines solent tentare, quæ qualia sint volunt experiri: & sic homines dicuntur Deum tentare, quando veritatis aut potentie eius volunt ex diffidentia aut petulantia videre experimentum, quod peccatum graue est, & prohibetur Deut. 6. 16. Non tentabis Dominum Deum tuum.

Sed Deus neminem tentat, inquit Iacobus cap. 1. Nemo cum tentatur, dicat se à Deo tentari. Respond. Iacobus loquitur de tentatione mala, quæ est Satanæ & carnis

Deus tentat
Abraham
mum.

Deus enim
tentat Abraham
& suos.

Tentare
quid sit.

...penna fugge
...malum: quom
...Christum, &
...Dei tentatio bo
...bonum.
...confitetur quæ bo
...vniuersi; d
...Bo
...Sarana & c
...Sarana dicitu
...male tentat
...Deo, inte
...sed permissiue
...Sarana vel carn
...quod poterat
...rege monstra
...theuros suos
...cū Deus, vt
...petitione pre
...tentationem
...Sarana
...nostra im
...Inducere em
...tentare non sunt
...in materia sine
...Bona sit tā
...externa fo
...Aliquando enim
...mandata carn
...vt Abrahamu
...Euangelio
...vt vende om
...Et Philippum
...de ferro pro
...&c. Aliquan
...vt Sar
...Aliquando per
...motus, exilia,
...Aliquar
...vt Christu
...Deum, Deu
...Et sic etiam
...Ieremiam, &
...prophetas,
...Aliquando de
...vt Apolto